Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36487
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



in peccatis. Si autem iustitiae obedientiis. non estis sub lege s. sub
gratia. bras autem do qd fuistis serui peccati. Fuistis inquit.
s. non estis. Obedistis autem de corde. in ea forma doctrinae in qua
tradidistis. de corde dicit hoc e fidelit. Liberati autem a peccato
serui facti estis iustitiae. In doctrina et exemplo xpi qui non solu
peccata s. etiam occasiones auferre docuit delictorum. Humanum
dico ppter infirmitatem carnis uestrae. Humanum dico. quia nondum
ad plenum potestis audire diuinum. Cum enim multo magis debetis
seruire iustitiae. quam peccato ante seruistis. ego tamen concedo
infirmitati uestrae ut tantum iustitiae seruiatis. siue ita humana
iam ratione digna loquor: qd omis mecum sentire possunt et nul
lus abnuere. Sicut autem exhibuistis membra uestra immundicia
et iniquitati ad iniquitatem. ita nunc exhibete membra uestra ser
uire iustitiae in sanctificationem. Quicquid anima carnalitate gerit.
carnaliter deputatur: si autem caro spiritale opus faciat. totus homo
efficit spiritalis. dicit ita ut e illud corpus qd corrumpit aggra
uat animam. nos exhibuimus membra nra seruire peccato. non sicut
manichei dicunt naturam corporis habere insertam peccato.
Cum enim serui estis peccati. liberi fuistis iustitiae. Hoc e in nullo
a peritis seruientes. ita et nunc liberati estote ab omni peccato.
Quem g fructum habuistis tunc in illis. in quib; nunc erubescitis. Iam
finis illorum mors e. Hullus sine dubio fructus e in ea re. qua per
poenitentiam erubescit. Omis enim qui cognoscit bonitatem.
in pristinis actib; erubescit. Qui cumq; autem erubescit ueritatem
et iustitiam fructus ei ignorat. Ergo qui peccant nec in psenti alu
quem fructum habent et mortem ppetuam in futuro percipiunt. Qui
u seruiunt deo et in psenti fructum habent scilicet donum spe
sci et in futuro uitam eternam. Alter: Qualem fructum in acti
one illius rei habuistis. in cui etiam recordatione uerecundia
e. Nunc autem liberati a peccato. serui autem facti deo. habetis
fructum uim in sanctificationem. finem uero uitam eternam.
Hoc ipsum iam fructus est. qd uiuens sanctificati p baptismum.